

Band VII., Nr. 2400, Seite 284-285

Graf Hugo von Werdenberg, königlicher Landrichter zu Ravensburg, beurkundet, dass der Spruch des Landgerichts, wonach Eigenleute in der Regel ohne spezielle Erlaubnis ihres rechtmäßigen Herrn Verpflichtungen und Dienstleistungen gegenüber von Fremden nur bis zum Betrage von 5 Schilling übernehmen dürfen, dem Abte Hermann von Weingarten zu Gute komme.

Ravensburg, 1274. März 14.

Hugo dei gratia comes de Werdenberg iudex provincialis a domino rege in Ravenspurc et suis terminis deputatus omnibus hoc scriptum lecturis obsequium et amorem. Ad notitiam universitatis vestre duximus perferendum, quod coram nobis apud quercum Sulz¹ per vocationem ad tractanda regni negotia baronibus militibus burgensibus generaliter constitutis procedens venerabilis Her[mannus] abbas Wingartensis in nostra presentia proposuit, quod nonnulli essent, qui eum homines suo monasterio pertinentes locare in bonis suis non sinerent et penitus inpedirent, eo quod eis cavissent per aliquam summam, ne ad predicti monasterii culturam vel alterius ipsis relictis se transferrent. Nos vero servato iuris ordine consulentes assessorum maturiores concordanter ab eis fuit sententiatum, quod nulli homini servilis condicionis liceat omnino ad aliqua vota se obligare vel ad extranea servitia per cautionem astringere nisi ad summam quinque solidorum et infra sine veri domini speciali licentia et permissione, si non fuerit sinodalis persona. Unde per promulgatam diffinitivam sententiam ipsi abbati libera auctoritas ordinandi de hominibus ecclesie Wingartensis, quod sibi expediat, est adiudicata huiusmodi obligatione infirma et prorsus irrita contestata. Interfuerunt Ulricus nobilis de Aychain², Wol[kmarus] de Chamenate, S[wiggerus] senior de Mi[n]delberc, Ber[tholdus] de Chiselech quam alii plures. Ad huius rei memoriam presentes conscribi iussimus et nostro sigillo communiri.

 Datum apud Ravenspurc, II. idus Martii, indictione^a secunda, anno domini millesimo CC septuagesimo IIII.

^aDas Wort *indictione* war zweimal geschrieben, ist jedoch das zweite Mal durchgestrichen.

¹Sulz ist wohl eher der in Urkunde Nr. 1582 (WUB Bd. V, S. 342) erwähnte Hof bei Weingarten, an dessen Stelle später die Kleemeisterei trat; an Sulz am Neckar ist schon mit Rücksicht auf die vorhergehende Urkunde Nr. 2399, WUB, Bd. VII, S. 283 f. nicht zu denken.

²Illereichen.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Abhängend ein kleines Bruchstück des Reitersiegels des Ausstellers.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 194

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ravensburg

Ortsindex:

Kemnat, Kaufbeuren, KF
 Kiflegg Wohnplatz (19668)
 Kiflegg, RV
 Mindelberg, Pfaffenhausen, MN
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Sulz am Neckar Wohnplatz (12745)
 Sulz am Neckar, RW
 Sulz Wüstung (26435)
 Sulz, Weingarten, RV, W
 Weingarten Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV
 Werdenberg, Kt. St. Gallen, Schweiz